

## S C A L A

Triptatiua coniunctio, id est, trinitatis vnio fit ex corpore spiritu, & anima, Nam secundum philosophos sicut anima est vinculum spiritus, ita & corpus est vinculum animæ, eo quod spiritus pene trahit, corpus figit, anima copulat, Sic ista trinitas in essentia est vnitas, quia coeterne simul sunt & coequales.

Tetraptatiua coniunctio dicitur principiorum correctio ut illorum vnum quod perpetretur in altero, quare pro laudabilissima coniunctione necesse est, vt sicut in opere nostro quatuor elementa, in compositione liquida recenti tepida & debite proportionata.

*Comparatio mirabilis.* Quoniam nō consurgit æqualitas ex tribus sed ex quatuor repugnantibus, in natura conuincantibus, & sicut mulier habet quindecim venas & vir quinque. Ita sol in coniunctione, primo habebit tres partes aquæ suæ, & vxor eius nouem, cuius caudam masculus cum ascenderit super eam tenebit rostro, & in vase philosophico requisito, ac in furno philosophico collocato, & subtiliter obturato ante dicto humore supposito stare debet. Et sciendum quod nunquam nisi simul imponitur semen in matricem, & in continentि clauditur matrix, quo usque producatur in lucem.

*Semen imponitur.*

*Eclipsis quinque mensium.*

Et cum steterit in eclipsi, videlicet, per quinque menses, tenebrositate recedente, & lumine claro